UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Helia alio abbate. Cap[itulum]. lxiiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ſancto bertino abbate tranſlatum: ſepultum eſt in monaſterio ſancti cythini.

¶ De ſancto Hilario papa ⁊ confeſſore. Cap. lix.

Hilarius papa natione ſardus ex parte chriſpino leoni primo põtifici in epiſcopatu romano ſucceſſit. et ſedit ãnos. vi. mẽſes tres: dies. x. Hic conſtituit vt nullus põtifex ſucceſſorẽ ſibi conſtitueret. Qui non ſolũ in elemoſynis dandis pauperibus quotidie ſtuduit: verumetiam pleraſq; baſilicas auro argentoq; inſigniter decorauit. Et fecit ad ſanctum laurentium balneum ⁊ monaſterium. Et hic plenus ſanctitate ⁊ virtutibus quieuit in pace. iiij. idus ſeptẽbris: ⁊ ſepultus eſt ad ſanctũ laurentiũ in crypta iuxta corpus beati ſixti epiſcopi: ⁊ ceſſauit ẽpatus dies. vi.

¶ De ſanctis Nemeſiano ⁊ Felice et ſociis martyribus. Cap. lx.

Nemeſianus: felix: lucius: ali9 felix: litheus: polianus: victor: lador: datius epi: multiq; preſbyteri ⁊ diacones apud aphricam martyrium paſſi ſunt ſub perſecutione valeriani et galieni imperatorũ: qui exurgente perſecutionis rabie ad primã cõfeſſionis chriſti conſtantiam grauiter fuſtibus ceſi: deinde compedibus vincti: et ad fodiẽda metalla deputati: glorioſe confeſſionis agonẽ cõſumauerunt: quorũ etiam exemplũ ſecuta multiplex plebis eorum portio cum eis pariter coronata ẽ. Extat epiſtola beati cypriani ad ipos ⁊ de ipſis ſcripta: ꝗ paſſi ſunt. iiij. id9 ſeptẽbris.

¶ De ſanctis Soſthene ⁊ Victore martyribus. Cap. lxi.

Soſthenes ⁊ victor martyres apud calcedoniã paſſi ſunt ſub proconſule priſco: qui cum beatam euphemiã virginẽ ſub eodẽ proconſule decertantẽ vidiſſent immenſo lumine circundatã: ⁊ angelorum et virginum choris cõſtipatam conuerſi ſunt ad xp̃z: vt dicetur infra in paſſione euphemie. xvi. kal. octobris. vnde ipſi ambo a proconſule detenti: primoq; in carcerẽ truſi: indeq; pducti ad ſtipites ligati ſunt: vrſi quoq; ipſis ac leo ferociſſimi laxati fuerunt. Sed cum ab eis in nullo leſi fuiſſent quin potius omni depoſita feritate pedes ſanctorũ lingerẽt. Proconſul illos in cuppa cremari mãdauit: qui dato ſibĩ inuicem pacis oſculo ſpiritum emiſerunt quarto idus ſeptembris.

¶ De ſanctis Protho ⁊ Hiacyntho martyribus. Cap. lxij.

Protbus ⁊ hiacynth9 martyres rome paſſi ſunt ſub galieno imꝑatore. Hi ambo fuerunt eunuchi domicelle: et in ſtudio philoſophie ſocij eugenie ꝟginis filie philippi nobiliſſimi romanorum alexandrie prefecti: qui et ab ipſa virgine vna cum patre et claudia eius matre ad chriſtum conuerſi ſunt: vt ſupra in eius paſſione actum eſt octauo kalendas ianuarij.

¶ Sed poſtq̃ beata virgo eugenia paſſa eſt ꝓthus ⁊ hiacynthus iuſſu imꝑatoris tenti ſunt: et ad templum iouis adducti vt ſacrificarent: qui oratione ſua ſimulacrum comminuerunt: et cum ſacrificare nollent: primo quidẽ fuſtibus diutiſſime ceſi ſunt: deinde capitis obtrũcatione martyriũ compleuerunt tertio idus ſeptẽbris circa annũ domini ducenteſimũquinquageſimũſextum: ⁊ ſepulti ſunt via ſalaria vetere in cimiterio priſcille.

¶ De ſancto Helia abbate: Cap. lxiij.

Helias abbas in deſerto egypti in regione thebaide claruit. Qui deuotarum virginum curam habens in grãdi monaſterio trecentas feminas collegerat: earumq; vitam ⁊ cõuerſationem regulabat: quod cum biennio feciſſet grauem tentationis carnem ſentiens adhuc iuuenis annorum triginta exiſtẽs per ſimilitudinem fugit: iugi biduano ieiunio ac triduano carnẽ domãs. Cui in ſomnis tres angeli apparuerunt interrogantes cur deo dilectas virgines reliquiſſet. Quibus reſpondit ꝙ vitiũ carnis incurrere formidabat. Moxq; ab vno eorũ viſum eſt ei genitalia nouacula preſcidi. Sicq; ſecurus redire monetur. Expergefact9 vir domini genitalia quidẽ repperit: ſed tentationem abſciſam omnino perſenſit. Sicq; ad cenobium reuerſus quadraginta annis ibidem vixit: aſſeuerans ꝙ nunq̃ decetero in cor eius talis cogitatio aſcendit. Feneſtre quoq; ibidem conſtructe ſedebat: ſorores erudiens: cum nec ad eum ipſe aſcẽdere: nec ipſe ad illas deſcendere poſſet. Quieuit autem in domino tertio idus ſeptẽbris: cui ſucceſſit ſanctus dorotheus qui in ſuperiori monaſterij cella conſenuit. Hec heraclides.

¶ De ſctõ Helia alio abbate. Cap. lxiiij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

HElias ali-
us abas fuit in
finibus ārinoe
ciuitatis: q̄ me-
tropolis eſt the
baidis: ſenex in heremo anno
rum.cx. quorum.lxx. annos in
ſolitudine trāſegit: fuitq̀ʒ di-
ſcipulus antonij: qui ope ma-
nuū ⁊ orationibꝰ tempus exe
gerat. ¶ Qđ cuʒ hoſpitalitati intenderet: ⁊ ad
eum multitudo fratrum veniſſet: quia publicus
illac tranſitus erat: ⁊ deficiēre ſibi pane triſtis
eſſet. Ingreſſus ſpeluncā ex inſperato tres pa
nes grandes ⁊ recentes ſubito repperit: ex qui
bus duos aſſumēs viginti quinq̀ʒ fratres ex eis
ſatiauit. Tertiꝰ ꝟo qui ſuperfuit diebus.xv.
eidem poſtmodum ad victum ſatis fuit. Hec in
vitis patrum.

¶ De ſancto Venerio abbate. Cap.lxv.

VEnerius abbas et
preſbyter apud inſulam palma
riam claruit temporibus ꝓho-
ce imperatoris: ⁊ Gregorij pa-
pe primi. Qui ex nobilibus or-
tus parentibus prouincie lunē
ſis ſacriſq̀ʒ litteris edoctꝰ: relicto ſeculo dictaʒ
inſulam petijt terre vicinam diſtantem a luneñ.
ciuitate circa miliaribus.viij. in loco qui dicit
tyrus maior: vbi aſperrime penitērie operā da
bat: herbis agreſtibus ⁊ pomis multo tempore
veſcens. Ad quem accedens quidā agreſtis no
mine reuelatione diuina premonitus ab eo ſa-
lutis mādata ſuſcepit: ⁊ rogatus ab eo ſarculū
ad terram colēdā ⁊ hordeum ad ſeminādū viro
dei detulit. ¶ Cum aūt venerīꝰ tempore quo iā
hordea meti ceperant ſemen delatū ſeminaſſet
hordeū ſubito natū ⁊ maturatū eſt: quod ipe ea
dem meſſui tēpeſtate. ¶ Cūq̀ʒ fama ipſius diffu
ſa inter multos illum viſitantes: pauper quidā
domealis ad eum veniſſet: ⁊ puerum in naui iu-
xta littus reliquiſſet: illeq̀ʒ dormitans: latratu
canis ſubito expauens: ⁊ euigilans in mari la-
pſus necatus fuiſſet: nauiſq̀ʒ per equora vaga-
retur: audiens hec venerius ⁊ homini miſertus
oratione ſua ⁊ lachrymis ⁊ nauē ad litꝰ: ⁊ pue
rum reduxit ad vitā: vnde ob eius ſanctitatem
nimiam: tam phoca imperator: q̄ gregorius pa
pa primus ipſum plurimū reuerebantur. Dra-
co ingens ꝓpe ciuitatē luneñ. habitabat: qui ca
rinas in mari ſepius ſubuertebat. Ad inſtātiā
ergo luneñ. epi ſanctū virū ſup hoc ꝑcibꝰ tertio
pulſantis: poſt orationē ⁊ ieiuniū triduanū: cū
archidiacono ⁊ pluribꝰ deſcēdens ad rupē vbi
draco latebat veſtigia ſua in ſaxo acſi in cera im
preſſa reliquit. Et dum draconi ex pte epi de re
ceſſu mandaſſet: illeq̀ʒ nullatenꝰ moueret: dein
de mandauit in noīe trinitatis: vt ſe in abyſſum
demergeret: draco ſe ſtatim in mare ꝑcipitans
nuſq̄ cōparuit. Poſt hec venerīꝰ vt gloriā hoīm
fugeret nauigauit ad inſulā cyrnē: ibiq̀ʒ diebꝰ
xl. cū beſtijs demoratꝰ eſt: coruo ei quotidie di
midiū panis calidi ⁊ fruſtū carnis bubale diui
nitus deferēte. Qui etiā deābulans intra litꝰ
corpus hoīs in mare necati: illiq̀ʒ ab vndis eie-
cti inuenit: ⁊ orās ꝓ eo angelis apparentibus
hoīem ſuſcitauit. Cū aūt admonitione diuina
ad locū ſuū redire vellet: ⁊ nautas qui illuc ap-
pulerent: ⁊ ad ſardiniā ire volebāt inſtanter ro
gaſſet vt ipm ad ſuā inſulā deferrēt: illiq̀ʒ recu
ſarent: orta in mari tēpeſtate: non prius inde ſe
mouere potuerūt: donec ſancti petitionem ad-
implere volentes: facta ſubito ſerenitate eum
illuc detulerūt. Et cū ante receſſum ſuū ipi nau
te in littore lapidibus luderent: vnuſq̀ʒ illorū a
ſocio caſu in tempore ꝑcuſſus expiraſſet oratio
ne ſancti ſuſcitatꝰ: eū reuerſus igit ad locū pri
ſtinum quieuit in pace.iij. idus ſeptēbris: ma-
nibus angelicis ſepultꝰ: in quo loco oleū ema-
nans egritudines oēs ſanabat. ¶ Poſt hec luci
us eps lunēſis deo admonitꝰ ad inſulā cum po
pulo veniēs: oleum manans repperit: corpuſq̀ʒ
effodiēs illud quoq̀ʒ integrū inueniēs miro fra
grans odore: honorabiliter tumulauit: eccleſiā
q̀ʒ deſupedificauit: vbi ad refectionē cuſtodū
ſacri corporis de terra fons ſcaturijt: vſq̀ʒ in p̄-
ſens ibidē manās. Tēpore ꝟo ludouici pij im-
peratoris: cū ſaraceni inſulas illas deuaſtarēt:
apollinaris eps lunēſis: a ſancto viſum admo
nitꝰ: corpꝰ eiꝰ inde trāſtulit: ⁊ regiū detulit: ac
in eccl'ia ſcti p̄ſperi.iij. noñ. nouēbris depoſuit.

¶ De ſancto Venerio alio abbte. Cap.lxvi.

VEnerius alius abbas
tyburtine ciuitatis floruit tpe otho-
nis iij. imperatoris. Qui primo in mo
naſterio ſancti benedicti apud ipm oppidū de-
gens: inde ſolitudinē petens: ſine abbatis licē
tia diſceſſit. Quo tpe cōtigit ſanctū rōualdum
abbatē ad ciuitatē illā ab othone obſeſſaʒ acce
dere: gr̄a pacis interponēde. Qui audiēs de re
licto ſolitario ad eū abijt: ⁊ vita ipſius cōperta
ipm de inobedientia increpauit: ⁊ q̄ ſine abba
tis ſui licentia quicquid faceret inaniter labo-
raret aſtruxit. Ille aūt cōpunctus ad monaſte-
riūq̀ʒ reuerſus: licētiā a ſuo abbate de vita ſoli
taria ducēda petijt: ⁊ vt petijt īpetrauit. Deīde
ſaxum hoībꝰ inacceſſibile ↄſcēdit: vbi.iiij. annis
ſine humano cibo permāſit: exceptis tribus pa
nibus quos ſecum prius a monaſterio detulit.
Solaq̀ʒ poma ſiluestria ⁊ radices edebat: aquā
ꝟo quā eſtate bibebat: in concauo lapidis hye-
me ex niuibꝰ colligebat. Ad quos plurimi vitā
eius reuerētes accedebāt: ⁊ vite hoīs neceſſa
ria deferebāt: que tn̄ oīa ipe paſtoribus pecorū
⁊ alijs indigētibus erogabat. Ibidē quoq̀ʒ ex-